

tur: vel inde manifestum est, ipsam quoq; ὅσιαν  
à Filio accepisse Spiritum Sanctum, eamq; per,  
processionem.

69. Adhæc nisi Spiritus Sanctus à Filio proce-  
deret: falsum esset, quod statim Servator adiicit:  
Omnia quæ cunque habet Pater, mea sunt,  
vers. 15. Quâ Universalitatis notâ actum spir-  
ationis hujus sive processionis comprehendendi necesse  
est, nisi cum Arianis Filium Patri per omnia a-  
qualem esse, negare maluerimus.

70. Neque enim, quæ de donatione gratui-  
ta Filio factâ, possent hic obijci, locum ullum in  
Trinitatis mysterio obtainere possunt.

71. Tandem modernorum Græcorum Orienta-  
lium negationi opponimus unanimem consensum  
orthodoxæ tam Græcæ quam Latinae Antiquita-  
tis, processionem Spiritus Sancti à Filio pleno ore  
asserentis.

72. Athanasius certè ( quem Theodoretus non  
dubitat appellare propugnaculum veritatis ) in ce-  
lebri suo symbolo sic habet, τὸ πνεῦμα τὸ ἄγιον  
δπὸ τὸ πατρὸς καὶ τὸ Υἱὸν καὶ Χριστὸν, οὐδὲ γε-  
νητὸν, ἀλλ ἐκπορευτὸν.

73. Epiphanius in Ancorato : πνεῦμα  
ἄγιον καὶ σωάδελφον, καὶ πατράδελφον: ἀλλ  
ἐκ τῆς ἀυτῆς ὁσίας πατρὸς καὶ Υἱός.

74. Cyrillus lib. 10. in Ioh. cap. 41. Non est alius  
à substantia Filij Spiritus, sed ex ea naturaliter  
procedit, natura omnino idem, in persona vero pro-  
pria subsistens.

I              Plus.